From the Wikwemikong diary

1851 Jan 11th - a sodality for boys and another for girls are started.
1853 Feb 2nd - Sodality of the girls regularly organized and named Sod. of the Immaculate Conception.
Boys Sod. organized March 19 (St. Joseph)
1857 Dec 8th - The Sodality of the BVM so far limited to boys and girls, is extended to men & women, and is joined by 24 men & 24 women. Meeting on different days at different hours for each section.
1867 May 6th Fr. Hanipeaux has printed and bound his "Manual of Sodality"

Notes from Fr. Haimpeaux's
"Manual of Sodality"

p1. watokotatidjik - associates
(widokodadimin we help each other,
are associated, allied.
tchi iji kitchitwawenimawat inin kitchitwa
Manian,...
tchi wi kijadjinotagowat...

awiia taie - nibwakat [illegible]...
ge-wi-nanansika[illegible]...

p2. ge wi tibisattat -

[illegible] iia go ge wi ijitchiket [illegible]
minigo[illegible] tchi ijita[illegible]...
ge-[illegible] ijiit kitchitwa [illegible]
(min ijii = manadjia - [illegible]
means [illegible])
[illegible]
[illegible]...
[illegible]...

Anno 1875-76

Miſsio Indica S^{tæ} Crucis in Insula Manituliensi

P. P. 3. Coadj: 6 Univ. 9.

Decurrente anno, Quatuor in pagis insulæ scholæ erectæ, ad hoc autem ab Indico-Administratione subsidia petita, quæ quidem in unumquemque pagum $ 200 nummos contulit, 150 autem ad extruendam scholam in uno ex prædictis pagis; insuper 300 in sanctimonialium scholam in ipsa nostra residentia; istæ enim hucusque nulla adhuc emolumenta perceperant, præter 100 nummos ex ipsa pecunia nostri ludi magistri.

Simul vero, mediante D. D. Vicario Apostolico petiti $ 2000, 1000 autem tantum obtenti, ad ampliandam sanctimonialium domum hoc nomine " In scholam Industrialem Wikwemikong".

Hoc non campanile reparatum, cætera in Ecclesia reparanda, deficiente pecunia, dilata, ut ex ipso tabulato (échafaud) in Ecclesia fronte erecto jam conjicere licet.

Optime succeſsit adventus unius ludi magistri ex ipsa nostra residentia miſsi, qui in quodam pago animos diu, mediantibus Methodistis in diversas partes actos, ad unitatem revocavit, et omne discordiæ germen penitus composuit.

Quasi vero ob ista conceſsa, instante Episcopo Catholico, erubuerit Interioris Minister qui simul Rerum Indicarum curam habet, inaudito D. D. Episcopo, conditiones apposuit, exacta tanta pro rata discipulorum aſsistentia, quæ vix in istis pagulis inveniri potuit; minas insuper addidit

[illegible]

pecuniam se negaturum, ni hujusmodi conditiones adimpleantur. Nunc autem magistros ab influxu missionarii subtrahere nititur, ideoque licet ab initio D.D. Episcopo facta sit facultas, propria man[u] subscribere magistrorum litteras (traitements) quam idem postea in ipsum Superiorem Missionis retulit, Superiore duobus mensibus, mor[bi] caussa absente, tituli (chèques) ipsorum magistrorum nomine emissi su[nt].

Ministeria. Rev.mi Episcopi excursiones per omnes insulæ pagos aliquas stationes secus lacum, præcipue commemorari decet. Nimius autem labor æstusque fervens Patri D.D. Episcopi socio, gravem satis morbum inussere, adeo ut illum D.D. Episcopus in suam ipsius residentiam apud Saltum S.tæ Mariæ miserit medicis curandum, solusque reliquas stationes peragraverit. Paucis postea hebdomatibus, Noster sospes et incolumis redibat.

Nec Dei magnæ misericordiæ, ut vocantur, morbi scilicet, no[bis] defuere. Præter modo recensitum, tres ex Nostris insuper gravi mor[bo] correpti sunt. Duo quidem Marianopolim petiere curandi, sepulcrum ibidem invenit alter, alter vero, duobus elapsis mensibus, [in] missionem rediit, eadem qua profectus fuerat adversa valetudine persistente, vixque quidquam efficere potest. Tertius quidam nulli laboris est capax, Quartus tandem ita fractis roboribus elanguet u[t] sæpius in cubiculo commorari indigeat.

New York Province Archives